Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Debium 14. Cur Christus D. N. solùm gustarit, non biberit vinum myrrhatum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

antiquis regionis iſtius Annalibus huius formæ, verbo-
rumque tenoris ſequentis repertam fuiſſe ſententiam,
ex illis fideliter excerptam:

*IESVM Nazarenum, ſubverſorem gentis, contemp-
rem Cæſaris, & falſum Meſſiam (vt maiorem ſuæ gentis
teſtimonio probatum eſt) ducite ad communis ſupplicii lo-
cum, & cum ludibrio Regiæ maieſtatis in medio duorum
Latronum cruci affigite. I, lictor, expedi cruces.*

Dubium Decimum quintum.

Cur Chriſtus D. N. ſolùm guſtarit, non bibe- rit vinum myrrhatum?

Reſpondeo, Chriſtum D. N. binâ vice potatum fuiſſe
in Paſſione ſua: primâ vice vino myrrhato [à Iudæis in
odium Chriſti] eoque felle permixto, quod dabatur ei
ad obſtupefaciendos ſenſus, ne tales tantosq; perſentiret
Prov. c. 31. dolores: *Date ſiceram mœrentibus.* Vtriusq; mentionem
Marc. 15. faciunt Evangeliſtæ: *Dabant ei bibere myrrhatum vi-*
Matth. 27. *num,* inquit Evangeliſta vnus; alter: *Dederunt ei bibere*
vinum cum felle miſtum. Hoc vinum myrrhatum, atque
mul cum felle commixtum ſolùm guſtavit Chriſtus, non
bibit: voluit namque fellis guſtare duntaxat amaritu-
nem, ſeque vini myrrhati privare refocillatione. Quam-
uis duas diſtinctas vini ſpecies vaſculis diſtinctis exhi-
tas contendant Baronius, & Chriſto tenuenti
Anno 34. myrrhatum, aliud vinum felle permiſtum à Iudæis por-
rectum fuiſſe velit. Verùm, vnicum ſolum adfuiſſe vi-
communis ſententia eſt. Eo verò tempore, vt non
referunt, Chriſto Salvatori noſtro vinum hoc guſtandum
exhibitum fuit, poſtquam conſcendiſſet Montem Cal-
Andri- variæ, & quando iam parabantur Cruces: *Nudus*
chom in *vulneribus, vento & frigori expoſitus, ſuper lapidem ſe-*
deſcript. *dens, vino myrrhato, felle miſto potatus eſt.*
Terræ ſan- Alterâ vice Chriſtus potatus fuit in Cruce, quando di-
ctæ. xit: *Sitio*, eoque tempore ſpongiam aceto plenam ori
eius appoſuere. Hoc aceti vaſculum comportari ſolebat
ad refocillandos reficiendosque eos omnes, qui
in via deficiebant. Do-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN